

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Bartholomævs Ap. 24. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

462 *Vita Sanctorum.* 24. AVG.

rumque tam inclaruit, ut iis permoti purpurati Romae patres ad clavum Ecclesiæ vocare cogitarint; sed ille summos honores humili fugâ elusit, & Arretii cum fame ultimâ socii premerentur, ante imaginem HERÆ suæ in Saturnalia sportas geminas candidissimis panibus onustas abstulit. Ad extremum Gerinaniâ (quò magno hujus bono Rudolphus Imp. invitârat) Florentiam redux primò omnium VIRGINIS templum ingressus, & ante ejus aram in genua abjectus, *Hac requies mea exclamavit*. Vatem sibi fuisse, ipso Assumptione in cœlos DOMINÆ die morbus, tum octavo ab illo mors ostendit. Vitæ testimoniū ad tombam ejus claudi mancipique, qui ad eō muti mortuique loquuntur. *Ex Archang. Ianio.*

S. BARTHOLOMÆVS A.P.

24. Augusti.

**S**VNT, qui BARTHOLOMÆVM in purpurâ natum velint. Sanè obiisse purpuratum nemo negaverit. Ut Denm in vota sua flecteret, genua centies die, toties noctu fertur flexisse. Cum deinde orbis XII. viris in totidem provincias cessisset, subigendis CHRISTO populis, diu collega Philippo fuit; post hujus verò triumphum, in Indiam & Armeniam majorem movit. Hic loci ad ejus facundiam continuo malorum dæmo-

24. AVG. *Vite Sanctorum.* 463  
dæmonum simulachra obmutuerunt,  
& torqueri se immaniter à BARTHOLOMÆO clamitarunt. Proinde orci  
laryas è cive, itemque Regis Polymii  
filiâ facile abegit. Eam ob rem cùm  
Rex onustos illi auro gemmisque ca-  
melos transmisisset, remissis omnibus,  
eidei significari jussit, minimè ha-  
rum rerum mercatorem se agere, sed  
animarum, quas fræculo intulisset, tum  
demum lucrum ingens se fecisse exi-  
stimaturum. His igitur Rex permotus  
non difficulter manus illi dedit, à quo  
ipsi Dii victos se esse faterentur; traxit  
que suo exemplo cum liberis regni  
benè magnam partem. At Astyages  
Regis frater nimium quantum hoc  
nuntio exacerbatus pellem vivo de-  
traxit BARTHOLOMÆO, & capite  
truncavit. Quid ad hæc vos, qui pellem  
lautè ac nitide habetis, qui aqualiculo  
fulcitis? ne cum angustâ ad cæli atria  
portam creditis? Ex Brev. Petro de Na-  
tal. & Lippeloo.

S. A V D Q E N V S E P. 24. Augusti.

**A**Nulum Dagoberti Regis AVDOE-  
NVS curabat, ipse anuli pulcherri-  
ma gemma. Officio suo tunc se fungi  
arbitrabatur, si Regem sui commone-  
fecisset. Pauperum pater amantissi-  
mus, sui judex severissimus carnem  
nudam cilicio tegebat, cilicium aureâ

Gg 4 veste